

116^v dum individuum et nihilominus eandem | producere secundum 95
individuum: ex quo enim produceretur eadem secundum speciem
— et per idem est ad speciem determinatum et ad individuum —
produceretur et idem secundum individuum.

Et est attendendum secundum sententiam PHILOSOPHI quod in
separatis a materia, quorum natura non est natura generati, « non 100
differunt esse et posse », ita quod sunt tot intelligentiae productae
quot et produci possunt, loquendo secundum naturam intelligentiarum,
omnipotentiam Creatoris non excludendo.

QUAESTIO <25>

UTRUM ANIMAE SUPERIORES CAELESTES IMPRIMANT IN ANIMAS NOSTRAS INTELLECTIVAS

« Intelligentiae superiores primae quae sequuntur, etc ».

Primo quaeritur hic utrum animae superiores imprimant in animas 5
nostras intellectivas, ita quod omne nostrum intelligere et velle nostrae
animae intellectivae reducatur in orbem et animam orbis sicut in
causam suam. Et videtur quod non. Voluntas enim libera est in
volendo et sui actus domina; hoc autem non contingeret si ex orbe
et orbis motore imprimatur sibi velle. 10

<2.> Praeterea. Animal, sicut vult ARISTOTELES in *De motibus*
animalium, movetur de se motu locali; sed movetur animal per
appetitum; ergo appetit de se. Hoc autem non contingeret si ex aliquo
extrinseco causaretur appetitus in eo. Ergo, etc.

Oppositum huius vult AUCTOR hic dicens in littera animas supe- 15
riores influere in animas inferiores suas bonitates.

95 eandem] eadem W, eam M 96-98 ex quo ... secundum individuum] om. M

103 excludendo] concludendo M

Q. 25: 4 primae] om. W 6 nostrae] om. M 8 suam] primam M et DONDAINE-
BATAILLON 16 suas] om. M

99 ARIST., *Physic.*, III, 4 (203 b 30).

1 *Textus quaestionum 25, 26 et 27 habetur in A.F.P., vol. XXXVI (1966), pp. 248-261.*

4 *Liber de causis*, IV (V), 49.

11/12 ARIST., *De motibus animal.*, cap. 4 (700 a 7).

15 *Liber de causis*, IV (V), 53.

Solutio. Dicendum est secundum ARISTOTELEM quod omne factum
novum hic inferius sive sit novum velle, sive novum intelligere, sive
quid aliud, tandem reducitur in orbem et motorem orbis sicut in suam
20 causam.

Cuius declaratio est, quia omne novum tandem reducitur in causam
sempiternam eo quod ante hoc non habetur sufficiens causa. Et
non reducitur novum immediate in causam sempiternam semper eodem
modo se habentem: quare enim non semper esset a causa sua semper
25 sic habente se? Et ideo reducitur novum | in causam sempiternam M 104^{ra}
semper eodem modo se habentem mediante causa semper aliter se
habente, sempiterna tamen. Omnis igitur motus novus tandem redu-
citur in causam sempiternam sicut in causam suam, ita quod velle,
intelligere <et> boni mores tandem vadunt sicut in causam suam in
30 orbem et eius motorem.

Est tamen attendendum quod orbis immediate non imprimit in
animam intellectivam, sed per alterationem quam inducit in nostro
corpore causat in nobis quorundam intellectum et appetitum. Et
hoc est quod dicit ARISTOTELES octavo *Physicorum* quod multi motus
35 insunt in corpore a continente quorum quidam movent intellectum
et appetitum. Et dicit *quidam* eo quod aliquando deficiunt in sua im-
pressionem caelestia cum non necessitent voluntatem.

Et sciendum quod voluntas ex se, secundum quod vult aliquid boni,
movetur ad volendum aliud, ut ex voluntate finis ad volendum ea
40 quae sunt ad finem, ut volens sanitatem movetur ad volendum ea quae
inducunt sanitatem. Nihilominus tandem devenietur ad tale volitum
quod vult voluntas non ex alia voluntate sed ex apprehensione
eius sub ratione boni; hoc est immediate agens in quod non agitur
voluntas ad volendum ex alterius voluntate, sed ex apprehensione
45 illius sub ratione boni. Et apprehensio illius sub ratione boni in sensum
et sensibilia, generatio quorum seu praesentia ex orbe est, reducitur.
Ad hoc etiam quod aliquid videatur alicui bonum non tantum operatur
dispositio rei visae sed etiam dispositio eius cui bonum apparet:

18 novum⁴] om. M 19 suam] om. M 24 habentem] in eius causa sempiterna
add. M 27 igitur] om. M 28 velle] et add. W 29 et] suppl. 32 altera-
tionem] per add. M nostro] om. M 41 tandem] tamen M 43 quod] quibus
W et M 44 sed ex] scilicet W et M apprehensione] apprehensio W 45 illius]
istius M 47 Ad hoc] om. M 48 visae] in se W et DONDAINE-BATAILLON

34 ARIST., *Physic.*, VIII, 2 (253 a 16).

qualis enim unusquisque fuerit natura vel consuetudine, talis finis videtur ei. Et ista iterum dispositio eius cui aliquod bonum apparet, 50 quae voluntatem inducit, in orbem etiam reducitur, et universaliter omne novum in nobis, sicut universaliter concludit ratio adducta ad hoc; et ideo anima caelestis superior bonitates imprimit in nostras animas. Hoc tamen non est immediate sed per ordinem quem habet ad motum. 55

Quod autem dicimus omnia quae fiunt hic inferius reduci in causam primam et nihil esse novum nec in anima nec in voluntate nec in aliis a causa prima immediate, intelligendum est secundum communem usum et naturale fieri factionis ipsarum rerum, non intendente miracula et prodigia Dei omnipotentis immediate a Deo causata. 60

Ad primum in oppositum est dicendum quod voluntas dicitur libera et sui actus domina, non quia sit primum principium ex quo ipsa agitur ad volendum, sed quia valet ad contraria sine organo existens nec obligata ad alterum propter materiam et corporis dispositionem sicut appetitus sensualis. 65

Ad secundum dicendum quod animal movetur ex se non quocumque motu, sed motu qui est secundum locum et secundum hunc non proprie, sicut dicitur octavo *Physicorum*; animal enim movetur localiter in motu eius voluntario ab intrinseco principio localiter pellente, ita quod nullum extrinsecum sic movet animal quod ipsum pellat. Nihilominus tamen motus animalis localis reducitur in quaedam extrinseca quae sunt illius motus principia, non sicut pellentia sed appetitum

M 104^{rb} inducentia | ex quo est ille motus.

50 ei] om. M 52 nobis] eis M 56 dicimus] quod add. M 59 rerum] om. M
60 a Deo] ab eo M et DONDAINE-BATAILLON 62 agitur] sumitur M 64 sicut]
Hic incipit secunda manus in codice M 67 sed motu] om. W 69 intrinseco]
extrinseco W et M 73 motus] appetitus M

68 ARIST., *Physic.*, VIII, 2 (253 a 12-15).

Antonio MARLASCA

LES QUAESTIONES SUPER LIBRUM DE CAUSIS. 1972 DE SIGER DE BRABANT

ÉDITION CRITIQUE

PUBLICATIONS UNIVERSITAIRES
Ladeuzeplein, 2
LOUVAIN

BÉATRICE - NAUWELAERTS
Rue de Fleurus, 4
PARIS (VI^e)

1972